



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

376. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

350 REGINONIS LIB. II.
cum sanguine. Si ergo de gentili vita venientibus pro ipsis fidei rudimentis & inveterata consuetudine gentilitatis hæc, quasi sibi ad salutem sufficerent, scripta sunt, quis transgressor hæc parvipendat. Simul & hoc considerandum, quod idolatriæ & fornicationi suffocatum & sanguis æquiparatur. Unde omnibus adnuntietur quantum piaculum sit sanguinem comedere, quod idolis & fornicationi comparatur. Si quis hæc dominica & apostolica præcepta violaverit, à communione ecclesiastica suspendatur, usque dignè pœniteat.

De discordantibus. *Ex Concilio Carthaginensi.*

Concil. Carthag. 4. c. 93.
Halitgar. lib. 4. c. 31.
Burchard. lib. 5. c. 38.

CCCLXXV. Oblationes dissidentium fratrum neque in sacrario neque in gazophylacio recipiantur.

De eadem re. *Ex Concilio Agathensi.*

Conc. Agath. c. 31.
Halitgar. ibid. c. 32.
Burchard. lib. 10. c. 61.

CCCLXXVI. Placuit etiam, ut, sicut plerunque fit, ut quicumque odio aut longinqua inter se lite discesserunt, & ad pacem revocari diuturna intentione nequiverunt, de Ecclesiæ cœtu justissima excommunicatione pellantur. [*Vide supra lib. I. cap. 61.*]

De eadem re. *Ex dictis Isidori.*

Burchard. lib. 10. c. 57.

CCCLXXVII. Si quis discors & litigans & per odium dissidens extiterit, quousque ad concordiam redeat, à conventu & societate Ecclesiæ, ut canones jubent, alienus existat.